

mero. Libri *Salomonis* Praeloquiis gaudent. Duplici ante *Proverbia* Nota isthaec subjecta est: *Ideo et de greco et de hebreo prefaciuncula utraque in hoc libro premissa est: quia nonnulla de greco ob illuminationem sensus et le- gentis edificationem. vel inserta hebraice translationi. vel extrinsecus iuncta. Et idcirco qui legis semper peregrini memento.* Quisnam hic *Peregrinus*? An *Conradus Hirsaugiensis*, quem sub *Peregrini* nomine multa vulgasse tradit *Tritheimius*? An *Peregrinus* ille O. P. cujus *Sermones* Sec. XV. pluries impressos habemus? *Ecclesiastico* adfuta est illa *Salomonis Oratio*, de qua jam ad alia Biblia diximus.

XIII.

62 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 182. cultu prioris, est *Tomus III. Sacrorum Bibliorum*, cui insunt: *Job*, *Tobias*, *Judith*, *Esther*, *II. Machabaeorum*, *Isaias*, *Jeremias*, *Baruch*, *Ezechiel*. Omnia Prologis *Hieronymi* instructa.

XIV.

63 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 191. praecedentibus per omnia par, est *Tomus IV.* et ultimus *Sacrorum Bibliorum*, in quo continentur: *Daniel*, *XII. Prophetarum*, *IV. Evangelia*, *Epistolae Paulinae*, *Actus Apostolorum*, *Epistolae Canonicae*. *Apocalypsis*. Partim Prologis *Hiero-*

nymi, partim brevibus argumentis praemunita. *Job*. I. c. 5. testimonium terrestre ante coeleste positum est. Evangelistis in margine loca harmonica diligenter adscripta sunt. Illud addere libet, Nomina propria hebraica in LX definitia per Codicem in hac syllaba adspirari, monerique id expresse T. III. fol. 20. in margine occasione vocis *Ragubel*.

XV.

Codex membraneus lat. Sec. 23 XV. Folior. 435. f. max. sat nitide scriptus, librorum initiis auro, coloribusque illustratis continet *sacra Biblia V.* et *N. VI.* juxta vulgatam interpretationem praemissis ubique *Hieronymi* Praefationibus praeter Lib. *Machab.* quibus *Rabanus Maur.* praefatur. Libri se ordine consueto excipiunt. *Esdrae tertius* ob interjectum *Nebemiam* inscribitur *secundus*. *Cantica Canticor.* $\text{di} \log \mu \omega \sigma$ exarata sunt, ut ad *Biblia Wenceslai Imp.* infra adnotavimus. *Evangelium Matthaei* haec praecedit rubrica: *Incipit evangelium. Mathei cancellarij iesu cristi.* Inter *Epistolas Paulinas ad Coloss.* et *Thessalonic.* intrusa est, minore tamen frontis ornatu, *Epistola ad Laodicenses* apocrypha, de qua confer *J. Alb. Fabricii Cod. Apocryph. N. T.* p. 853. Ad calcem *Apocalypseos* ita legitur: *Explicit liber Biblie. Quem scripsit Johannes filius domini zacharie pellificis. Cuius Noue ciuitatis Pragensis. Et perfecit seu comple-*

pleuit feliciter. Anno domini Millesimo. Quadringentesimo. Quadragesimo Tercio. Secunda Feria proxima post festum Epiphaniarum domini. Pro quo sit benedictus deus gloriosus in secula seculorum Amen. Sequitur nota illa interpretatio nominum Hebraicorum, Chaldaicorum, et Graecorum, quae in sacris Bibliis occurrunt, iuxta seriem literarum.

Meminit hujus Codicis ex Lambecio *Le Long Bibl. S. T. II. Paris. 1723. p. 241. f.*

53 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 522. f. per duas columnas nitidissime exaratus, Librorum et Capitum frontibus, margineque passim auro coloribusque visendo, plurimisque item picturis historicis ornatus comprehendit *Biblia utriusque Testamenti ex interpretatione vulgata*, Praefationibus *Hieronimi*, ubi habentur, tum aliis brevioribus argumentis instructa, ordine consueto, nisi quod *Psalterium* ad finem Codicis rejectum sit, *Epistolae Paulinae* Aeta Apostolorum antecedant. Inter Picturas seculum nostrum maxime offendunt *Fol. 4.* illae, quae ad exprimendas tres in una Deitate Personas senem bicipitem prominente insuper ex occipitio

Qui scripsit scribat. semper cum domino uiuat. Viuat in celis. Johannes nomine felix.

Sequitur *Psalterium* hoc titulo: *Incipit psalterium secundum ro-*

columba spectandum praebent. Neque risum teneas ad eam, qua *Fol. 97.* Booz et Ruth a Sacerdote Pallio, quod vocamus, archiepiscopali ornato matrimonio junguntur. *Esdras* in *Libros V.* dividitur. L. I. integer est, sed *Capita IX.* pro X. censet. L. II. pariter integer. Qui III. inscribitur primum duo prima *Capita* quarti exhibet, dein genuinus tertius decurrit non tamen in IX. sed VII. *Capita* tributus. L. IV. a *Capite III.* incipit, pertingitque ad XV. censet tamen *Capita XVII.* L. V. demum *Capitibus III.* a *Capite XV.* Quarti usque ad finem definitur. Dicitio etiam ipsa frequenter ab impressis Exemplaribus variat. *Cantica Canticor.* instar Colloquii inter Christum, Ecclesiam, Synagogam &c. repraesentantur, quod jam et alibi adnotauimus. Ad vocem *fragrantia* C. I. v. 1. in margine legitur: *Versus: fla facit ardorem, sed fra largitur odorem.* *Baruch* hanc rubricam praefert: *Incipit baruch liber notus Jeremie.* Epistolam ad *Colossenses* bis ad *Colonicenses* inscriptam inuenio. I. *Job. c. 5.* praecedit testimonium terrestre; verba tamen illa: *et hi tres unum sunt*, manus recentior pene erasit et punctis subnotavit. Ad calcem *Apocalypseos* primum legitur: *Explicit epistola Iohannis*, tum:

mane curie, et nota illa vocum hebraic. et graecar. per Alphabeti